VERITAS NUDA DILUCIDATIO CUIUSDAM EPISTOLAE CAPITULI...

Caesar Digner



VERITAS NVDA

DILVCIDATIO

Cuiusdam Epistolæ Capituli Conimbricensis.

Ad instantiam Patrum Societatis directæ ad VRBANVM VIII. Pontif. Max.


Autore Cæsare Digner quondam Solipsio.



VENETIA,

Per Giorgio Toler. MDCXLVI.

Superiorum Permissu.



P. NVNIO A CVGNA Assistenti pro Prouintijs Portugalliæ Societatis IESV.



NON quia nudu, in lucem vsque adhuc prodire distulit Veritas nuda, imò à prima participata naturam, quia lucebat in tenebris, aliam præter suam, quæ lux erat, non amabat: non dilituit quæ lucebat, nec erubuit, quæ sua ipsa nuditate ornatur; lucem item hanc, quã nunc typis expressa videt Veritas nostra, ipsi licet inimicã, nõ timet: nec ad te P. Nune accedit, vt abste, quia nuda est, protectionẽ quærat, ne impetatur: nec quia assistens es ipsa assistas, quæ non quia nuda, inermis, imò armata, quia nuda: eo fortior, quo nudior, eo armis quibus defendatur securior: non vnus, Nune, sed mille Clypei pendent ex ea, omnis ar-

matura fortium. Quae enim participatio lucis ad tenebras, a quibus Deus ipsam diuisit, quia vidit esse bonam? vnde ad hoste auxilium? aut a persequente refugium? Veritati *assistentiam praestare quomodo poterit eorundem conputandorum mendaciorũ indefessus assistens? sed quae illuminat omnem hominem, te vt illuminet quaerit omnium* Societatis, *tuae vanissimum. Ad te dirigitur, vt te luce sua in tot mendaciorum tenebris delitescentem hominibus manifestet, ne inexplicabilia fraudium tuarũ retia inaduertenter incurrant: fugiant calumniarum laqueos: praesecutionum vitent praecepitia. Miseris enim succurrere didiscit, non ignara malis felix illa iam egressorum, & eiectorum turba; dum enim in publicum* Veritatem Nudam *procedere facit, caeteris facem, qua omnia illa videant, & contemplentur, ob oculos ponit. Tibi vero* Nunc *cui inter cae-*

teros

teros istius prioris Societatis *seculi tot tantorumq; sociorum tuorum perturbatores, prior existis, &* Veritati Nudæ *viam strauisti, eandem iure optimo. D.V.C.*

Reu. V.

Olim socius soliptius.

Cæsar Digner.

SAN-

SANTISSIMÆ PATER.

POST humilia Sanctorum pedum oscula, capitulum conimbricense perpetuam Sanctitati Vestræ exoptat felicitatẽ. In hac Cathedrali, quò melius Ecclesiastica munera obeantur, & vt in dies Canonicorum crescat authoritas, colocato ex more Capitulo cõstitutum fuit, vt Sanctitati Vestræ exponerentur rationes, quibus euincitur, quòd nec Dei seruitio, nec huius Sedis authoritati, nec Canonicorum quieti conueniens est, vt ad huius Ecclesiæ præbendas vllo modo admittantur homines, qui aliquo tempore Religiosi

giosi

giosi extiterunt, & præsertim illi, qui quoquo modo in Societate Iesu vota emiserunt, ne huiusmodi Religionis desertores ex deffectibus propter quos a Sanctissimo Religiosorum cætu tanquam arida membra repelluntur, commodum reportent si eis repudiata Religione, ad maiora Ecclesia Benificia aditus pateat, præsertim in hac Vrbe, in qua horum expulsorum herba confluit, vt in Academia, quæ hic sita est, obtentis Beneficijs fructus literarum, quas in Religione dediscerunt, cõsequantur, cũ potius eas exercere debeant in procuranda Animarum salute;

& in præstandis obsequijs Religioni , cui inseruire cæperunt; & vt est huiusmodi genus hominum inquietum , & auaritiæ studijs deditum , nullum non lapidem mouent, vt vberior ad Beneficie , qualia sunt huius sedis adipiscantur . Quo fit , vt eorum exemplo allecti alij Sanctum vitæ institutum, quod semel professi sunt, facilius deserant, & Conimbricense Capitulum, admissa in se tam tetra malorum hominũ fæce, dispendia non modica patiatur; cui malo nullo alio remedio, quam Sedis Apostolicæ medella occurri potest. Quapropter Sanctitatem Ve-

stram

ſtram ſupplices exoramus, vt huic Eccleſiæ Sanctæ Romanæ additiſſime obſequijs gratiam concedat, ne ad eius Beneficia aliquis qui in Religione fuerit ſemel adſcriptus admitti poſſit: vt ſic huius Sedis ſplendor, integræ vitæ, & famæ hominibus ad eam ſolum admiſſis, melius conſeruetur; quo ſperamus fore, vt maior hinc Dei gloria reſultet, ſanctarumq. Religionum obſeruantia, & huius Sedis authoritas, Veſtræ Sanctitatis gratia augeatur. Conimb. in Capitulo 2. Aprilis. 1643.

Cap. 1:

Cap. I.

De causa motiua efficienti, & finali huius epistolæ.



IN Conimbricensi Ciuitate est quodam insigne Collegium SOCIETATIS Iesu, in quo singulis annis mittuntur Euangelici Predicatores in Indiam Orientelẽ; sed non paucior est subditorum, qui dimisso habitu ad sæculum redeũt; inter quos exiere anno. 1641. quidam Petrus de Magaglianes, qui nunc præest Ecclesiæ dictæ Ciuitatis in prima dignitate post Pontificalem; & alius Franciscus Lopez in eadem Cathedrali Canonicus. Et dum vterq. ageret de oppositionẽ, Rector Collegij Societatis, si nec odio, nec inuidia metus nescio quo zelo, & æmulatione fretus, vt eos impediret, suasit aliquibus dictæ Ecclesiæ Capitularibus,

ribus, non tamen Doctoribus, prædictam Epistolam Summo Pont. scribere, & vt ipsi Canonici fatentur, in eodem Collegio scripta fuit; quæ SOCIETATIS opera Romam peruenit, vbi Lusitanus assistens SOCIETATIS negotium suscepit, non solum epistolam præsentando Summo Pont. sed etiam sacram Congregationem, cui remissa fuit, sophisticis rationibus informando, & eiusdem epistolæ varia exemplaria diuulgando. Quorũ vnum post longum tempus accepimus, & sic habet pro vt supra exposuimus, illudq. explicabimus, vt ostendatur clara, & nuda veritas, quam Author voluit obscurare.

Ad Episcopum scripsit Sa. Congregatio pro informatione, & ipse rescripsit, gratiã declarandæ inhabilitatis minime esse concedendam, quia euidenter vergebat in damnum Societatis, cuius institu-

tum data prædicta in habilitate, nullus prudens, aut nobilis foret amplexurus, & in nocumentum Cathedralis Conimbricensis, totiusq. Reipublicæ Christianæ. Nam cum eiusdem Beneficiati sint indocti ex maiori parte regulariter loquendo, non vulgare commodum, & ornamentum in illam redundat, si quis ex SOCIETATE demissus Canonicatum, vel dignitatem adipiscitur; quippe demissi huiusmodi plerumq. docti sunt, Concionatores, & benemeriti, qui proinde splendori, & non dedecori sunt Ecclesiasticæ dignitati, & Reipublicæ Christianæ; eamq. ob causam non perfunctoriæ considerationis, & eos dimitti absq. infamiæ nota, carentes præsertim patrimonio, vt si inhabiles declarentur ad Beneficia, mendicare cogantur ostiatim. Quam obrem, varijs hinc inde præscriptis Sac. Congregatio merito silentium

lentiũ imposuit supplicationi dicti Rectoris, quanquam sub nomine Capituli factæ, eo etiam fine, vt inhabilitas ad Beneficia huius Ecclesiæ SOCIETATIS industria serperet etiam ad alias.

Cap. II.
De implicationibus prædictæ Epistolæ.

MIROR huius ePistolæ audaciam, pleno calamo diffinit, notas imponit, & quod peius est, nec veritatem amat, nec sinceritatem; imò potius implicationes facti, & iuris profert non vulgares, dum causas allegat, vt Pontificem moueat ad inducendam inhabilitatem. Earum prima ita habet, ne huiusmodi Religionis desertores, ex defectibus propter quos à Santissimo Religionis cætu, tan-

tanquam arida membra repelluntur, commodum reportent, implicat eos desertores appellando; quia nullus Societatis Religiosus potest licite ex propria voluntate Religionem relinquere, sed tenetur ex peculiari voto, vitam in ea perpetuo degere prout constat ex forma votorũ Societatis; quare qui exeunt nõ dicuntur desertores voluntarij, absolute, sed demissi, vt eos vocat D. Ignatius in constitutionibus: & cum demissio sit pæna, semper importat violentiam, vt indicant illa verba epistolæ (tanquã arida membra repelluntur) non quadrat ergo dicere Autor, ipsos deserere Religionem quando illa eos expellit, & si nullus potest exire nisi demissus, perperam asserit, alios eorundem exemplo facilius deserere Religionẽ. Nec dici potest demissos committere crimina eo animo, vt propter illa eijciãtur;
quia

quia cum Deus ſolus corda intro-ſpiciat, nihil certo de hac intentione poterit affirmari; neq. huc pertingit ſcientia media, ſed nimia præſumptio plus ſapiendi, quam oportet. Et quidquid ſit de hac intentione, ipſa non impedit, dum remanet priuilegium demittendi; hac auferatur per eodem Apoſtolicam, & tunc SOCIETAS habebit intentum, ſubditos non amittet, nullus exibit, & nihil proderit prædictus animus in patrandis criminibus.

Aſſerere Beneficiorum conſecutionem eſſe præmium expulſionis, eſt libere dictum; quia Beneficia conceduntnr, iuſta ſacros Canones, propter ſcientiam, & idoneitatem, & non ideo quòd cõcurrent ante fuerit, vel non fuerit religioſus; nec antecedens ſtatus Religionis impedit, vel parit aliquam indecentiam, vel infamiam, imò

præ-

præſumitur, concurrentem ſaltem annis quibus Religione vixit, obſeruatiorem eſſe diuinæ legis, quod maxime attenditur in prouiſione Beneficiorum. Damnũ verò, quod ex demiſſione reſultat SOCIETATI vel nullũ eſt, ſi ſubditi vitioſi ſunt, vt epiſtolæ affirmat; vel ſi aliquod eſt eadẽ illud ſibi imputet: ſi quidem expellit homines capaces ad procurandam animarum ſalutem, & qui nõ habent crimina ſufficientia ad expulſionem.

Exemplum, quod alios allicit, vt Religionem deſerant, non eſt ſufficiens ad dictam inhabilitatem conſtituendam: queadmodum perperam poterat aliqua Religio, vt ſubditi inhabiles fierẽt ad Epiſcopatum, eo quod hac dignitas collata alicui ſubdito, alios allicit, vt procurent, vel deſiderent exire à Religione per ſimilẽ aſſumptionem; iniquum, & iniuſtum eſt, vt minus

minus dicam, quòd SOCIETAS velit ſubditos ad libitum demittere nulla ſeruata forma iudiciali, & terminis defenſiuis, vel ſententiæ, vt concedit ſuar. citand. imò interdum meris ſuſpicionibus, & tanquã ex ſcientia media eſtimando de ſubditis, & de eorum inhabilitate ad beneficia. Quòd ſi ipſi ſponte egrediuntur vt Autor epiſtolæ ex parte videtur aſſerere facile eſt remedium: tollatur male vſitatum demittendi preuilegium, vel eodem prudentius vtantur ſuperiores; ſi neutrum placet, demiſſis offerant patrimonium, vnde honeſte viuere poſſint, ſic dein de, bonis auibus, demittãt, expellant, impediant, vt voluerint; alias quo iure, qua conſcientia eos inhabiles deſiderant?

Forſan hoc petunt eo animo, vt nullus prudens SOCIETATEM ingrediatur, aut vt ipſa Societas fiat nõ

ſolum

ſolum Monarchia Solipſorum (vt quidam recens Autor vocat, ex demiſſis ex ſuo cætu, vt ipſi Patres publicarunt) ſed etiam vt merum, & mixtum Imperium habeant in eorum ſubditos, quos epiſtola nominat expulſos propter defectus, cum melius dixiſſent, contemptores defectuum,& oppinionem,quibus adhærere nolunt. Forſitan metuit Societas, ne demiſſi, ſi Canonicatus,& dignitates obtineant, fidem faciant Principibus, quarum periculoſe tractetur per Societatẽ ratio, quam vocat ſtatus. Sed temere ab his metuit; quid enim adeo vulgatum in ore hominum? ſatis dixit Aupercius Autor, Iulius Clemens Scotus, & ipſe Societatis profeſſor in lib. d. poteſt Sum.Pont.dedicato Innocentio x. Pont. Max. Conſulant etiam virtuoſi quendam incognitum Auth. Tratac. Italico ſermone compo-
ſito

ſito ſub hoc titulo (*Auertimento à Principi contra li Ieſuiti*) Satis etiã liquet india Orientalis, & Occidentalis vbi Societas dumagit de animarum ſalute, efficatius laborat pro cõſequendis deuitijs. Et præterea videant docti caput 19. Monarchiæ Solipſorum de reditibus Societatis, quod ſi aliquis ex illa turba expulſa manifeſtaret cum authoritate ſacr. Congregationibus Regularium, & de Propaganda fide, Societatem ſumme perſtudere libertati, & indepẽdentiæ, quã ab illis non habent cæteri Regulares, & Miſſionarij Religioſi? Quid mirum, quod Societas fugiat dependentiam ſacr. Congregationum quando excludit illam, quam habent, non ſolum Regulares, ſed etiam Regna, Reſpublicæ, & Principes Chriſtiani ab aliquo Eminentiſſimo Cardinali Protectore, quem ipſa Soc. nõ admittit, imò per priui-

legium

legiũ prohibet subditis recursum, seu appellationem, etiam ad Sum. Pont. & ad quemcunq. Iudicem, vel Superiorẽ extra Societatis Monarchiam, nisi prius præcedat Sum. Pont. licentia per aliquod diploma concessa, vt videre est in Compendio priuilegiorum Societatis verb. Appellatio §. 1. quid si aliquod ex illis aridis membris manifestaret, Societatem prætextu temporali, & non spirituali suasisse Principibus prohibitionem ingressus aliarum Religionum Mendicantium in Iaponensi Imperio? Quærimus à Batauis, an aliquem Societatis castrarent apud Indos in odium fidei potius, vt asserit Societas, quã quod epistolam scripserit contra eorundem statum. In Ciuitate Machao Pater Gaspar Rector Societatis, & alius successor insurgunt contra Ordinarium, vt ostendant, maiorem esse Soc. potentiã, quã Episcopi.

Apud

Apud incolas, quos vocat (costa de Pescarias) insula Tutocorim SOCIETAS manu armata, & formata militũ copia restitit Ordinario, & Christianis, qui suo Episcopo obedire volebant. Argumentum ingens. Quid si aliquis Societatis ex illa turba eiectorum narret, Superiorem Societatis in illa insula tunc temporis, etiam pregnantem mulierem è colo suspendisse, è qua suspensa excidit fætus? Quid si aliquis Societatis ibidẽ belli cõflictu clamasset militibus Societatem ipsam in illo loco non teneri obedire Ordinario, nec etiã Sum. Pont. legantur Episcopi probationes de hac re. Antiqum belium narrauimus, recens etiam aperiamus. Ad eandẽ Insulam mittit Pro Rex Comes de Lignares Petrum suares generalẽ Ducẽ, & simul Archiep. misit suum Vicarium Forensem, illis autẽ appropinquantibus obuij fuere

fuere Patres Societatis 3000. V. Paruas ingressum impediunt, collatis signis præliatur; tandem Dux Pr. Ferdinandus Costa exercitium amisit, & vnam ex proprijs manibus. Reliqua de bellis Societatis legito in cap. 20. apud guisum Europeum.

Consideret Autor epistolæ verũ in Societate sit aliqua causa, ob quã minuatur speciosa laus, quam pleno ore fundit, dum dicit santissimum Religiosum cætu. Postea diligenter exquirat omnes causas propter quas SOCIETAS, Sanctissimus, & Religiosissimus cætus, expellit suos, & tunc videat, an implicet, dum asserit, hanc turbam componi ex aridis membris, inquietis hominibus, auaris &c. Videat prudens Autor, an ipsa Societas homines expellat propter vitia, au ipsi ex maiori parte per annos, & multiplicatis epistolis prouocent


ad


ad Priorem Generalem, vt eos demittat, allegando praxim Superiorum eorundem destribuendi modũ iustitiam, opiniones, &c. multum distare à forma Instituti, quem in prima ætate acceperunt, vt bonum, & in verili summo studio excludere intendunt, vt malum, vel saltem, vt minus proficuum saluti, non quatenus Institutũ est Religiossum, & approbatum à Sede Apostolicæ, sed quatenus ita; vel ita explicatur à Superioribus Religionis, quam deserunt eo tempore, & ætate, quo nec illi sunt consanguinei, nec facultates, quibus in Republica consequi possint Beneficia, vel honores, imo longo experimento compertum habent, Societatis Regulã præ omnibus alijs esse suauiorem; nullas enim imperat pænitentias, vel ieiunia; eius subditi dormiunt sine interruptione ab vltima hora diei vsq. ad primam; Diuinum Officium

ficium ſolum à Sacerdotibus recitatur, non noctu, nec publico choro; veſtes quam aſperæ ſint, videant cæci, & vitæ commoditates quam magna, nemo eſt qui ignoret, vt videre eſt in fine huius Tractatus nihilominus hæc omnia cõtemnunt, non tres, vel quatuor, ſed magna turba, vt aſſerit epiſtola; non ignorantes, ſed doctiſſimi; ſenes, & Iuuenes, nõ ſolũ plebæi, ſed etiã Principes, & nobiles; nõ duræ ceruicis, aut vtioſii homines, ſed regulariter probatæ virtutis, & bonæ indolis.

Conſideret idem Autor, an Societas in conſcientia poſſit proferre tam ignominioſas propoſitiones contra demiſſos, deinde iudicet an Sõcietas ſit Religioſſus, & Sanctiſſimus cætus? Cogitet rationes, & diſputet pro vtraq. parte quæſtionem. An plus inquietum ſit hõc genus expulſorum dũ agit de acquirenda ſubſtantia. & Beneficijs,

ficijs, vel potius ipſa Societas dum eoſdem expedire intendit coram Principibus ſecularibus, & quod peius, & indignum eſt coram Sum. Pont. inſtando, & vrgendo falſis, & indignis rationibus, vt determinent infames, qui à Societate recedunt? Quid quæſo diris habent Societatis ſuperiores in eos, quos ſemel demiſerunt, & abſoluerunt? An hoc modo eos cogent ad redeundum? Magna inuidia eſt nole, vt promoueantur à ſecularibus, & Eccleſiaſticis Principibus, quos ipſa ſocietas noluit promouere ex iuſtitia deſtributiua. Eſt ne hæc iuſtitia vendicatiua? ſed quo iure? verbis intentant vendicari eijciendo, & perſequendo?





Cap. III.

Proſequimur idem argumentum.

IN publicam Academiam prouoco Conimbricenſem Doctorem], qui nunc Romæ adeſt, & SOCIETATIS aſſiſtentem, negotij Procuratorem aliumq. ſatis Iuuenem, qui epiſtolam cõpoſuit: apparent, ſed larua modeſtia tegitur vultus minime candidus. Vobis Religioſiſſimi Patres hanc facilem quæſtionem propono. Eſtis ne Religioſſimus cætus, vt epiſtola aſſerit? Eſtis ne D. Ignatij filij, & ipſius Regulam obſeruantes? Reſpondent ſubmiſſa voce affirmatiue, Dei gratia tamen non noſtris meritis. Legite veſtrum inſtitutum cap. 3. p. 2. conſtitutionum, vbi hoc expreſſe cauetur de dimiſſis, vt recedant ſine ignominia, & ſuperior dimitter

curet

curet, conſeruata charitate, & beneuolentia, & quanta cum conſolatione in Domino fieri poteſt; & circa ſtatum vitæ ſuperiores ſtudeant eos derigere, vt aliquam cōuenientem vitam ſeruiēdi Deo inueniant, & eos conſilio, & oratione ne iuuari curent, & ſi quis aliud charitas dederit; & domeſtici nō maneant male affecti erga dimiſſum, & quantum fieri poteſt, nec de eo male loquantur. Hæc ſunt formalia verba, & alia huius generis. Heccine eſt obſeruantia ſtatuti? Hæccine eſt charitas Societatis, quæ magna verborum, & facti implicatio? aut quæ Superiorū diſpoſitio! qui ſic gubernant, vt nihil curent magis quàm de ſua Monarchia, non ex ſtatuto, ſed cōtra ſtatutum inuēta poteſtate per fas, & nefas ampliandi, vt late probat Lucius Cornel. cap. 15.

Cogitet Author epiſtolæ an ex

tam magna, & mala herba expulſorum, Philoſophice, & Mathematjce, & moraliter loquẽdo cõponatur Cõmunis Societas ſaltem dum in eadem erant admiſsi ſimul cum reliquis ſucceſsiue, & quotidie ingredientibus. Si commune ex particularibus componitur, & malum preuenit exquocũq. deffectu colligit conſequentiã Sereniſsima Veneta Reſpublica in hunc modum, ſcilicet, ſi Societas ſubditos expellit, vt genus hominum inquietum, & terrum, noster Senatus eoſdem ſimili cenſura exterminauit ea ſolũ politica, & Philoſophica ratione; nulla datur ſpecies moralis bona, à vitioſis individuis abſtracta. Colligunt, & Galliæ Authores de expulſione Socie tetis ab illo Regno. Colligit Melita Inſula plurereſq. alia Vrbes cõtra Societem ex mala ſuorum Superiorum gubernatione cõquerentes

rentes; non enim hic loquimur de expulsione ab hæreticis in odium fidei procurata, sed de alijs de quibus non pauca habes in Monarchia Solipsorum cap. 21. Omitto illã, quam experti sunt Patres hoc anno 1647. in Seminario Romano tanto cum dedecore, & ignominia.

Qui exeũt à SOCIETATE subditi non remanent eiusdem Religionis, & tamen si ipsi beneficia consequi intendunt, Societas eos impedit, quod non solum probat præsens epistola à Societate facta, & præsentata, sed plures alij experti sunt e Societate egressi, inter quos numerari potest Sthephanus de Rosis nihilominus postea factus Episcopas Hieracensis, & alius quidam Siculus, cuius nomen non occurrit. Casum deinde ex primo singularem anno. 1646. Eminentissimus Cardinalis Cequinus Datarius vocauit Lusitanos ad cõcursũ

cuiusdã Parrochialis Ecclesiæ, accedunt tres vt fama erat, quorum duo Societatem relinquere. Quid faceret quidã Societatis assistens, nomine Cunha, prædictæ epistolæ primus motor impatiens animi quin expectaret examen pergit ad Eminentissimum Cardinalem agit de meritis concurrentium, dimissorum scientiam laudat, & qualitatẽ, nihilominus Viperinum sermonem concludit, asserendo, Ecclesiam conferendam esse illi tertio non dimisso, eo quod senior erat; falsum asseruit. sed frustra. Bracharæ quidam Gamboa dimissus in numero Coadiutorum, dum factus Secularis, tractat de Vxore ducanda cum Societatis ignominia, idem Rector, qui eum dimisit, vt matrimonium impediret, finxit, prædictum inualide fuisse dimissum: nihilominus tamen oppositum iudicatum fuit. Quod ergo dicemus

genus

genus hominum inquietum? Societatis cætum, an dimiſſorum ? &c.
Quanta ſit implicatio epiſtolæ dũ vocat dimiſſos tetrã fæcem ex hoc vniuerſo tractatu colligi poteſt ſi cauſæ ſcriberentur, cur ſæpiſſime aliqui dimittuntur, verendum ne dimiſſores ad pænam Talionis adigantur. Ex dimiſsis, & ſponte petentibus dimiſsionẽ ob malas tractationes, plures euaſerunt in magnos viros, & plus vtilitatis Eccleſia attulere, quam ſi in SOCIETATE manentes iugum diſpoticum tuliſſent. Tales fuere inter primos Eminentiſsimus Cardinalis Paſmanus, quem Cæſar voluit è Societate Archipiſcopatum promouere; acriter repugnant Patres, vrget Imperator, Societas permittit promotionem, dummodo prius habitum dimittat, & alium alterius Religionis induat; interuenit ſum. Pont. Vrb. VIII. dimiſſionem approbat deinde

concedit vt promoueatur in via priusquam aliam Religionem delibet: ita factum fuit, eaq. de causa Societas Pasmanum Archiepiscopum suum Religiosum minime appellauit: postea vbi primum factus est purpuratus, Societas suum incipit nominare, & depingere, vt videre est in ingressu Collegij Romani, vbi eius effigies pendet, addita epijgraphæ (Cardinalis Pasmanus Societatis Iesu) Augustinus Mascardus dimissus est; & floruit gratia Principum, stili eruditionis que laude plusquã alius Pedagogus Societatis. Idẽ fecit Camerarius Vrbani VIII. Franciscus Errera etiam dimissus, sed postea Breuium Secretarius ab eodẽ Pontificem. Antonius Marcellus factus Archiepircopus Chipõtinus. Taceo Patrem Ferdinandum de Salazar, quem mira arte impediuere. Taceo alios infinitos, qui dimissi

missi in viros singulares euaserũt. Consultores sacr. Congregationũ omitto. Tandem nihil loquor de illis, qui non dum in sacris constituti apud Principes seculares constituti sunt. Hos viros vocat epistola tetram fæcem.

Cap. IV.
De qualitate, & veritate propositionum huius Epistolæ.

MOtiuæ rationes huius epistolæ eo tendunt vt Sum. Pont. moueat ad inhabilitatem decernendam dimissos ad hunc finẽ infamando, ob quod eosdem vocat (Arida mẽbra) genus inquietum (Auaritiæ studijs deditum, Tetra fecem, &c. quæ propositiones si libellum infamatorium non componunt, saltem detractionis

vitium nō euadunt: siquidē vniuersus Orbis non adeo tetros existimat dimissos à Societate, & merito, quia hæc contrahitur crimine notorio, nec sufficit ad infamandum rumor sparsus ab aliquo Societatis, fortasse maioribus criminibus irretito, cum interim, nec venialem culpam h beant qui dimitteuntur; & si aliqua est, nec domesticis patet. Quo autē fūdamento Societatis viri dimissos infamant, à Theologis nescitur; nisi fortasse putent si etiam fame esse Dominos & Patronos, quos, cum in Societate essent renuntiare famæ volebant, quod profecto nouum est, & inauditum genus Monarchiæ.

Nec etiam incurrunt infamiam iuris, quia hæc solum fit per senteтā supra crimine publico; & nullus è Societate dimittitur, per sententiam inscriptis si talem non appellamus dimissionis litteras patētes,

quæ

quæ asserunt subditum dimitti iustis de caussis, quin aliquam nominent, vt teneantur ex iure secuncundum glos. ex stipul. in l.minor. 39. §. 1. ff. de euict C. qui tamen 21. §. penult. ff. de Arbitr. & cum nulla afferatur causa quæ sit, vel probetur mala, talis præsumi non debet l. 5. & ibi glos. fin. C. de codicil. si aduersarij affirmant, Societatem dimittere, præhabita sententia in scriptis, vt constat ex Monarchia Solip.cap. 21. fol. 143. vbi Autor. refert. sententiam propriã dimissionis his verbis Lucius Cornelius Europæus à quadraginta annis ficte Solipsus; numinis nostris irrisor, legis naturæ, & Euangelij cuiusdam Crucifixi sectator; legibus nostris palam infensus; iudicio, & intellectu ad nutrum nostrum non se abdicans; nostris beneficijs abutens in Adulatores nostros fideles crudelis; in Monar-

chiam dicax; Satyris, & Carminibus illudens; omnia Solipsorum damnans; deniq. toti Monarchiæ perniciosus, reus Maiestatis estò: faciem Principis nõ videto: intra tres horas ab Aula, intra triduum à tota Monarchia exul esto; neque vnquam reuertitor (qua propter si hæc dimissio facta fuit causa, cognita, & promulgata sententia (idem de reliquis affirmandum est) facile responderi potest, dictã sententiam esse fictam, solum ad significandum, Superiores non dimittere ob aliquam causam iuridicam, sed propter quasdam propositiones, & principia à Superioribus supposita, & inuenta contra dimissum in cõuersationibus promulgata, absq. iudiciali forma, vt bene probat idem Autor Monarchiæ Solipsorum cap. 13. inconsiderationibus circa iudicia Societatis, & cap. 8. 11. & 12. in quibus

bus agit de magiſtratu forma regendi, legibus, & Iudicio Solipſorum.

Nec etiam incurrunt infamiam pœnæ, quia egreſſio è Societate, nec ex iure Religionis, nec ex alio eſt quid turpe, vnde cum infamia, & priuatio honorum vni alicui ex his tribus modis irrogari poſſit, merito demiſſi à Societate honoribus, & dignitatibus afficiuntur à Principibus Eccleſiaſticis, & Secularibus; qua de cauſa Autor epiſtolæ Societati ſuæ potius detrahit, qua dimiſſis, quos vocat propoſitionibus contrarijs, deſertores Religionis, & poſtea expulſos ob defectus.

Quem veriorem exiſtimare debemus? libere,ne, & imprudenter ſcribentē, an Doctiſſimū, etiam Suarium eiuſdem Religionis Magiſtrum, cuius doctrina non vidit lucem, niſi ab eodem Societate

appro-

approbata? cum lege tom. 4. Relig. cap. 13. à num. 4. tum satisfacit quærimonijs consuetudinis quam habet Societas expellendi subditos, nulla seruata forma iudiciali, & asserit eiectionem à Societate posse fieri solum duobus modis, vel in pœnam delictorum, vel non propter delicta, quæ tam rigurosam pœnam exigat, sed ex quodam veluti cõtractu Religionis, ob aliquam conuenientiam dimittentis, & subditi cosentientis, & postulationis; quando eiectio fit in pænam tantum, ait Doctor, non potest legitime fieri, nisi seruato ordine in iudicio ferendo de delicto propter quod talis pæna imponitur, nec constitutiones Societatis alio modo fieri disponunt, nec per Bullas habet Societas aliquod speciale priuilegium in contrarium.

Quando vero aliquis dimittitur

tur non in pænam, nec propter incorrigibilitatem, ſed ob alia commoda Religionis, ſubdito non repugnante, ſed conſentiente, nullus eſt neceſſarius iudicialis ordo, quia eſt contractus, ad quem non requiritur probatio. Hæc omnia affirmat Suar.

Cum ergo ſubditi exeant quotidie à Societate quin ſeruetur aliqua forma iudicij, ſed potius iiſdem petentibus ob cauſas, quas in ſequentibus capitibus attingemus, & ſæpe ſæpius faciendo inſtantiam Patri Generali pro dimiſſione, manifeſte oſtenditur ex doctrina Suar. ſeu potius Societatis, prædictam turbam eiectorũ non dimitti regulariter ob crimina tetra, & ob defectus, qui ſubditos conſtituunt arida membra. Quam reſolutionẽ confirmat eadem materia epiſtolæ, quæ dimiſſos etiam, vocat deſertores Religionis;

gionis; vnde si Religionem deserunt, non eijciuntur tanquam arida membra.

Cap. V.
Continuatur eiusdem veritatis dilucidatio.

OPTIME ex dictis deducitur, epistolæ Authorem, & Patrem assistentem negotijs, & Procuratorem inhabilitatis Societatem potius infamare, quam demissos, nec huius infamiæ infirma ratio erit, considerare, plerosque in Societatem ingredi primæuo iuuentutis flore, priusquam vitiorum practicam agnoscant, vel etiã eorum nomina sciant, egredi verò, vt plurimum, in verili ætate post 15. 18. annos Religionis Quæro, in qua schola vitia tetra didiscerunt? qui ægrediũtur spõte,

te, aut etiam eijciuntur nullam aliam frequentarunt, nisi Societatem, & eiusdem doctrinam: Vnde si verum est apud naturales cũ Magistri doctrina, & nutricis lacte sugi bonos, vel malos mores concedi debet, communem Societatem ita esse vitiorũ peste infamatam, vt eorumdem lucem communicet tam magnæ parti, quam Author vocat turbam, & cum tanto periculo totius corporis, nisi expellantur, & ferro abcidantur subditi, vt arida membra.

Considerandus venit à Sum Pont. ille Medicorum Aphorismus pestem scilicet, & tetram fecem solum gigni vbi corruptus est cor; si semen flaui tritici in solium mutet speciem, & si arbor domestica fit agrestis, vel hoc peruenit ab Agricola saminante, & inserente, vel à solo. *Subditi* Societatis sunt eiusdem speciei Socij, & con-

consanguinei subditorum aliarum Religionum: imo ab eadem domo egrediuntur tres, & quatuor germani fratres, religiosam Regulam amplectentes; alius Benedictinam, Domenicanam, & Franciscanam, alius iunior, & innocentior ad Societatem pergit; postea nullus reuertitur parentis domum, nisi Iesuita. Quæ causam ætas ne? exijt in maturiori scientia, alij fratres etiam docti sunt. Vitæ institutum? Vtrumq. Sanctum, ab Ecclesia approbatum. Erit ergo temeraria consequentia. Vbi serpit malum, ibi est corruptio? hoc iudicet Author epistolæ.

Neq. audiendi sunt, qui asserũt, alias Religiones, eo quòd non dimittunt, esse pessimam hominũ sentinam, agnoscimus enim in illis Martyres, Virgines, Prædicatores, Euangelicos, Confessores, & obseruantiam statutorum, si

ergo

argo aliæ Religiones, quin eijciãt ſubditos habent viridẽ obſeruantiam, cum Societas eãdem habere non poteſt niſi ſubditos expellat? Certum eſt Eccleſiam Catholicã Chriſti Sponſam pulcherrimam eſſe, ſine ruga, neq. macula, & tamen, vt omnes Sancti Doctores fatentur, & patet experientia, in Eccleſia ſunt plures mali, & ſcelerati. Aliæ, etiam Religiones ad perfectionem tendunt, nihilominus ſubditis imperfectis non carẽt vt teſtificatur D. Bernardus, ſola Societas eſt sãtiſsimus cætus nullos ſubditos habens imperfectos, ſi quidem illos ſtatim expellit, vt arida membra, Eccleſiam, & alias Religiones antecedit. O magnã audaciam! Aliæ Religiones vnico Nouitiatus anno ſubditos cognoſcunt, & probant. Societati tres non ſufficiunt, ſed poſt multos annos ſubditos expellit, vel ipſi eam relin-

relinquunt. O ſingularitatem, & inſolentiam!

Vehementer ſe extollit Societas de Animarum multitudine, quam è vitijs aufert, & ad Deum cõuertit, ſed miror quomodo tantam potentiam exerceat in externas Animas cum illi ſit impoſsibile proprios Subditos è vitiorum letargo excitare, imo ſua intereſt magnam illorũ turbam expellere, vt arida membra.

Si hæc omnia non ſufficiant ad probandam iniuſtitiam Societatis in expellendis ſubditis, & implicationes, quibus hæc infamatoria epiſtola illis detrahit, aliud conficio argumentum, & interrogo, quæ nam ſint hæc vitia, vel grauiſsimi deffectus propter quos Societas expellit ſubditos? ſi eſſent contra fidem Inquiſitioni reſeruaretur eorũdem cognitio, & pæna. Alia, vel Regulam, vel tria

vota

vota offendunt,ac per consequens diuina præcepta, quæ votis continentur, sed cum in Societate nulla sit Regula, quæ tales obliget, nen, etiã ad peccatum veniale, credendum est, crimina, vel deffectus prædictos non esse contra Regulam, alias dimissio crit nulla, si quidem est pæna grauis, &, vt tenet, Suar. cit. non potest imponi, nisi ob graue crimen, præcedente euidenti probatione, & sententia. Si crimina vota offendunt, respondeant, an sint contra illam Societatis castitatem, quam eadem Societ. vocat angelicam, asserẽdo in huiusmodi voti obseruantia antecellere omnes alias Religiones? si ex effectibus causas cognoscimus, aut Societ. fateri debet subditos non expellere ob vitia contra castitatem, aut illius voti obseruantiam aliquantulum esse paulominus ab Angelis.

Illa

Illa verba epiſtolæ (deffectus grauiſsimi) crimina tetra) conſonant, & idem valent vulgari idiomate, ac illa ſacræ Scripturæ, quibus praui fratres ſanctiſs. Ioſep. innocentem puerum coram parente accuſarunt de crimine peſſimo. vel eandem, vel diuerſam ſignificationem habeant, interogo, vt conſtet de corpore delicti; quo loco ſubditi talia criminn commiſerunt? in Societ. an extra? ſi ſecundum dicas miror, quod de illis nihil ſciat Reſpublica, quæ regulariter ſubditos Societatis laudat obſeruantes caſtimoniam ſanctiſs. ſi affirmes, cum tot ſint expulſi, optime colligi poteſt, Societatem tetris vitijs, & deffectibus gſauiſſimis abundare.

Loco huius epiſtolæ, & petitæ inhabilitatis non abſre erat, imò melius, Congregatione generalem cnnuocare, in qua ageretur de

de impediendis vitijs grauiſsimis decernendo ſub aliqua cenſura. neminem alterius cubiculum ingredi poſſe; imperando ſub præcepto ieiunia tempore aduentus Domini,& duobus,vel tribus diebus cuiuſcumq. hebdomadæ per annum,auferendo è corpore linea induſia, & moles veſtes: iubendo ſingulis diebus publicas verberationes; & in Choro diu, notuq.recitationē Diuini Officij ad exemplum aliarum Religionum, quarũ plurima tractant, etiam de animasalute.

Excuſatur Societas prædicatione Euangelica à publico Choro, ſed quia excuſatio friuola eſt, notandum venit ſubditorum huius Religionis numerum 16v. hominum non excedere, quorum ad ſummum duo millia agunt extra demos, & Collegia de animarum ſalute, reliqui domi incunbunt ad

ſtudium

ſtudium ſcientiarum, quæ omnia non impediunt diuinas laudes in publico choro; aliæ enim Religiones eadem, & ſimilia habent impedimenta, nihilominus non impediunt publicam pſalmodiam ad Angelorum exemplar; & ex hiſtorijs, conſtare poterit, Religiones S. Auguſtini, ſancti Franciſci S. Dominici, Carmelitanam, & alias plures ſubditos occupare in prædicatione Euangelica quam habet vniuerſa SOCIETAS; qui extra monaſteria vagantur, nec facilè poſſunt ad illa recurrere, non tenentur in publico Choro recitare Officium, qui vero in Clauſtris degunt aliter ſe habent, paucis exceptis, aut impeditis, aut diſpenſatis. Idem ſeruetur in Societate modus, eadem praxis. Sacri Canones, vel Religioſa conſuetudo, à die emiſsionis votorum, non ſolum obligat diuinum Officium

Reli-

Religiossos viros; sed etiam debiles fæminas moniales, quæ summo labore diuinum Officium ordinare, & recitare possunt: in Societate nec sacri Canones, nec vetus illa consuetudo aliquid operatur, Scholasticorum nullus (qui tamen veri Religiosi sunt) recitat diuinum Officium, vel aliud, ni. nisi postquam sacris ordinibus insignitur, quod regulariter non euenit nisi post 15. & 16. Religionis annum. Si hæc omnia decerneret Generalis Congregatio forsan plura vitia, & dimissiones impediret, quā prædicta inhabilitas.

Inquirendum secūdo hoc loco, an illa verba (crimina tetra) defectus grauissimi) sint contra paupertatem? Impossibile est, quod aliquis SOCIETATIS Religiossus, Superioribus, & Procuratoribus except. paupertatem offendat tetris vitijs, & grauissimis deffectibus,

bus,

bus, quia absoluta, & totalis bonorum administratio solum pertinet ad Superioris, & Procuratores, reliqui nullo modo se ingerunt, nec de hac re suffragium aliquod habent. Verum est quòd Societati imponuntur ab vniuerso Orbe nimia cupiditas, & sollicitudo acquirendi diuitias, & hæreditates, non tamen hoc vertitur crimini alicui subdito, sed laudi; & pro mercede, aut præmio accepit subditus diuturnam assistentiã in aliquo Collegio, & Ciuitate; deinde liberales licentias egrediendi è Domo, inuisendiq. nobiles, & diuites fæminas. Vltimo credendum est illos deffectus grauissimos, & crimina tetra non esse contra illam Societatis obedientiam, quæ, vt ait D. Gregor. & in sua epistola eiusdem Religionis fundator, virtutes exteras mentibus inserit, insertasq. custodit

Consi-

Cõſiderent igitur Eccleſiæ Superiores pro vtraque parte rationes. Societas hoc priuilegium demittendi vult, vt ſe puriorem conſeruet ad procurandam animarum ſalutem, expellẽdo Sacerdotes, quin habeant vnde viuere poſſint, directe contra finem decretorũ Conc. Triden. ſenes poſt 30. & 40. annos Religionis contra pietatem: conſiderent, iniquã Superiores, an aliæ Religiones ſint puræ, vel deteriores in procuranda animarum ſalute, & ſi hoc medium ad hunc finem eſt eſſentialiter neceſſarium, concedatur alijs Religionibus; ſi ſuperfluũ Eccleſiæ authoritati, & iuri repugnans, conſiderent, an auferendum? forſan inuenient (ſi ſecrete audiant Doctos, & Religioſſos Viros Societatis) plus damni, quam commodi afferre hoc priuilegium Religioni, Superioribus tamen in

 ſubdi.

subditos maximam gradij pote-
statem, & sublato priuilegio di-
mittebdi habet Societas totum
quod epistola ex mēte periuit, nul
lus subditus ab eadē egredietur.

Cap. VI.
De causis ob quas Socieaas expellit Subditos.

DVM in incunabulis erat Societas (eodem santissimo postulante fundatore) illi concessa fuere noua, & inaudita priuilegia, scilicet per simplicia vota subditum constitui Religiossum perpetuum, & Religionem minime obligari subdito, imo posse illum dimittere claudicante ex hac parte contractu, quem facile plериq. etiam doctissimi non intelligunt, cum non sit reciprocus, & ex vtraq. parte onerosus, nimirum procedente tempore; subditi ad

matri

Jmatrimonium transitum faciebāt, & cum votum castitatis esset simplex, & matrimonium validum, petentibus vxoribus, tenebantur Superiores subditos dimittere. Prædicto malo cum Societas occurrere velet, postulauit priuilegium quod votum simplex dirimeret matrimonium, annuit sum. Pont. Vnde clausum est ostium subditis egredi volentibus, è Societate, & Superioribus tradita clauis similis Pontificiæ (quodcumque ligaueris, & quodcumq. solueris, &c. forsan inueniet sum. Pont. si de hac re inquiri iubeat secrete doctissimos Viros Societatis affirmantes maiorē causam requiri à Sede Apostolica ad dispensandum cum aliquo in voto simplici castitatis, vel visitandi limina Apostolica, quàm rèquirit ipsa Societas, & eius Generalis ad dimittendum, & dispensandū

cum subdito in voto dirimente matrimonium, imò constituente perpetuum Religiossum. O admirabilis potâriaS ocietatis! sum. Pont. raro. vel nunquam dispensat cum vouente Religionem de futuro, nec actualiter Religioso; Generalis Iesuitarũ singulis diebus, leuissima de causa, dispensat cum actualiter Religiosso per vote emissa paupertatis, castitatis, & obedientiæ perpetuæ:& quod amplius est, in quarto voto perseuerantiæ; vsque ad mortem,vt patet ex forma votorum Societatis.

Causas huius dispẽsationis, seu dimissionis ostendere non parui momenti res est. Veritatem aperiemus licet eandẽ neget Author epistolæ, & in primis non omnes dimissos iustificamus; aliquos enim cognoscimus,non adeò perfectos, vt illis fiat manifesta iniuria in dimissione. Secundo non loqui-

loquimur de illis, ob incorrigibilitatis vitium expulsis, quia ab exordio SOCIETATIS nullus professus dimissus fuit ob talem causam, & idem de alijs affirmandum erit; si quidem nullus Scholasticus (ita vocantur qui non dum quartum votum emiserunt) Societatis, vt ait Suar. cit. eijcitur præcedente forma iudiciali, quæ necessario ex eodem Doctore, ex iure requiritur ad expulsionem causa incorrigibilitatis, vel alicuius grauis criminis. Detegere intendimus causas ordinariæ dimissionis Scholesticorũ, quæ sanctissimum Suar. cit fit regulariter loquendo, subdito consentiente, & aliqua conuenientia præsenti, vel futura Religionis ratione cõtractus, cum causa tamen vera, & iustificata, alias dispensatio in votis, & dimissio erit nulla, & inualida.

Causas huius dimissionis ad tria capita reducimus sanctiss. est nimia authoritas, & potentia, Superiorum; qui cum à subditis non dependeant in aliqua voce, seu suffragio, facili negotio superbia inflantur; ex quo sequitur subditos contemnere, de illisq. ad libitum disponere in maximis, & minimis; imo ad talem audaciam eos euehit superbia (non loquimus de omnibus, sed de maiori parte) vt contra subditos minas, & verba præferaut in hunc modũ (nescis, te à Superiore habere dependentiam in fieri, & conseruare) te expellam à Societate) ignorans Societatem ius habere singulare? (te nõ indicat Religio) &c. si subditus tacet, hoc superbiæ attribuunt si forte respondet maximum scelus fit tempestas, incipiunt penitentiæ, & molestiæ, quæ quamuis ex genere suo leues sint;

ſint; tamen conſuetudine religioſam minuunt reputationem; & cum Regulæ ſint de apicibus perfectionis, Superiores facili de causa culpas inueniunt; cum autem nulla ſit deffectibus taxata pæna, facilius eam augent, & minuunt Superiores, iuxta menſurã odij. Si ſubditus crimen negat, pænas non euadit: quia ex praxi Religionis nulla requiritur probatio, nec iuramentum, ſed ſufficit ſocreta denuntiatio inimici, vel alterius.

Si pænis ſatisfacit incipiũt cõcluſiones, vel prima principia contra ſubditum (Petrus v.g. non curat de obſeruantia, & perfectione Religioſa) non habet ſpiritum Societatis) non bene ſentit de noſtro regimine) quotidie incidit in culpas) ſingulis diebus pænas luit) deinde ex hoc in illud Collegiũ mittunt: honorum par-

rem, quæ in distributionibus illi debetur facile ei denegant, tandē cum eo se habent tanquam cum suspecto. Cum subditus his ambagibus illaqueatur apud generale instat pro dimissione, causas veras, vel fictas pepræsentando; saltē asserit se à Sociesate vexari hoc vel illo modo, & cum Superiores velint ostendere summam potestatem, & subditos contemnere, præcipue quando agit de dimissione, facilius eum expellunt, quam procurāt. Rogo an sit sufficiens hoc ad dispensandū in votis? Dicunt Superiores, causam dispensationis saltem consistere in eo, quod subditus petat dimissionem, & asseruut, non esse dignum Societatis qui vult ab illa dimitti.

Deinde respondet Author epistolæ Prouinciarū Superiores non adhiaere fidem inimici, vel si illis assentiuntur, Patrem Generalem pri-

primum motorem dimiſsionis nõ procedere niſi ſecundum allegata probata ; qua propter parum intereſt odium, vel amor Prælatorũ. Huic ſolutioni inſtat illa turba expulſorum aſſerendo, Societatem non procedere forma iudiciali, vt tenet Suar. Cit. & quando in aliqua procederent Superiores nullum habere, qui officium Notarij, ſeù interprætis, vel aſſeſſoris exerceat in iudicio, & inquiſitione teſtium. Addunt nullum etiam formari proceſſum in ſcriptis de quo concedatur copia, defenſio, vel detur notitia Reo, ſed Patrem Generalem concedere dimiſsionẽ ſecundum informationem Superiorum Prouinciæ, quin obſtet aliquid in contrarium à ſudito allegatum.

Hanc Superiorum ſupremam authoritatem confirmant, quam plurima exempla ; afferro vnum,

vel

vel alterum. Primum ſit Superiorum Indiæ Orientalis, vbi Pater Viſitator Emanuel Dias dimiſit à SOCIETATE quendam ſubditum, eo quòd vt fama erat, in Ciuitate quadam egrediēdo edomo ebrius inſeſsit per plateas; poſtea mortuo Viſitatore anno 1639 eidem reſtituta fuit Societas ſecundum expemplum ſit à maiori ad minus. Coram Patre Generali Mutio Vitelleſchio. Egit Pater Michael Calimera Profeſſus ſolemnis de exitu è Societate cauſa ſubueniendi Matri, & Sororibus. Res committitur Theologorum iuditio. Iudicant, licere, etiam dimiſſo habitu; tamen fit contractus inter Patrem Generalem, & ſubditum, ſcilicet, vt pergat ad tempus, retēto habitu. Sum. Pont. Vrban. VIII. contractum firmauit quodam diplomate. Pater Vicarius Generalis poſtea ex peculiari opi-

opinione insurgit contra dictum Patrem de licentia Pont. & ne illi suæ resulutioni obstaret diplomatis reuocationē postulauit ab Innoc. X. prætextu subreptionis Credidit sum. Pont. adeptaq. re. uocatione Vicarius Generalis, sua vtitur iurisdictione, subdito inhibet vsum facultatis habitæ. Ille Romam adeuolat, rationibus, & licentijs se defendit negat Vicarius: vrget subditus; exhibet Theologorum iuditium de ordine Generalis consultum: profert Chyrogaphum Patris Vitelleschi in quo ei concedit facultatem agendi cū sum. Pont. quæ omnia subreptionem impediunt, & ita, retorto falso caimine se defendit iuridice, & euasit Victor cōtra Societatis Vicarium, qui sum. Pont. authoritate Vicarij sinistre informauit, vt reuocationem Breuis concederet. Quid ergo erit contra subditum,
qui

qui iuridice se defendere non potest? potestne errare Superior Societatis an non? prudentiores iudicent.

Cap. VII.
De secunda causa dimissionis.

SECVNDVM caput dimissionis fundatur in iure, & priuilegijs SOCIETATIS. Datur quædam Regula Summarij, quæ asserit, deffectus subditorum, quicũq. illi sint, posse manifestari Superiori per quancumq. personam, quæ extra sacramentalem confessionem de illis notitiam habeat & in hac denuntiatione, vel manifestatione nullum datur iuramentum, quod est essentiale in iudicio & probationibus. Hæc singularis forma operãdi proculdubio orta fuit ab alio Principio Societatis scilicet, quòd subditus renuntiauerit

rit

rit omni iuri naturæ, & etiã Euangelico (*Corripe inter te, & ipsum solum*) quæ renuntiatio an subsistat, iudicent Doctores Theologi. Vnde cum aliquis concurrens, aut inimicus vult alicui concurrenti procedere, ficto zelo, crimẽ, quod illi magis placet, fingit, vel circũstantias augit, & detegit Superiori sub secreto; Vbri primum Superior scit de crimine (quando non est inimicus) facili negotio subditum admonet, vel arguit de crimina tam certo modo, ac si illud patrare vidisset, & postea procedit vt supra vsque ad finem ab inimici intentum.

Probo vnico exemplo Collegij Conimbricensi, vbi quidam Iuuenis SOCIETATIS alta nocte quo animo Deus sit iuit in cubiculum alterins Religiosi eiusdem ætatis, & cum ab illo non vrbane reiectus fuisset, imò aspere tractatus, pri-

mo

mo mane præoccupat Superiorem asseritq. zello Religiossæ obseruantiæ iuisse in dictum cubiculũ;, vt videret an intus esset tertius Religiosus, prout ipse suspicabatur; tettiumq. nominauit, quin eum uideret, aut intus esset.

Credidit Superior primo denuncianti, duos alios vocat crimen certum esse affirmat, non obstante, quod nullus esset testis, vel aliud fundamentum. Quid facerẽt subditi, vt infamiam vitarent? pro dimissione instant eamq. adepti fuere; & licet depræhendatur falsi delator non tamen punitur, ex alio principio, quia nemo postea esset qui aliquid deferre auderet. Ita etiam non punitur Superior, ex simili principio, quia nemo libenter gubernaret, si perperam faciens puniretur: vnde decretum Societatis, quod de pæna Talionis loquitur, habetur loco

cere-

ceremoniæ, vel tantum contra miseros, contra quos Superiores pro libito vti volunt.

Datur alia regula. quæ subditos obligat, vt secreta propriæ cõscientiæ Superioribus manifestẽt, eo fine, vt inquiunt, vt eos melius guberrent. Si regulã istam adimplet subditus, postea superior ea notitia vtitur, ac si esset iuridica probatio, & asserit, se subditum cognoscere, certumq. esse de cric mine. Si tamen subditus hui regulæ non obedit, & postea aliquod crimen fit publicum, augetur pæna eoquòd crimen, & conscientiam non detexerit superiori. Hoc probat casus notabilis. Quidam professus solemnis dum audiret fæminarum confessiones eas sollicitat; de ha re spargitur rumor non vulgaris; superiores, quia ille subditus ex eorum parcialitate erat denuntiantibus exceptionẽ

iusti-

iustitiæ obijciunt: Inquisitoribus accusatur, præhabitaq, criminis probatione, & confessione Rei publicatur sententia, & pæna ei imponitur, prout mos est inquisitionis; vbi primum eam delinquens àdimpleuit, incipit Societas carcere molestijs ita eum affligere, vt promutatione Religionis instarer. Admirantur iurisperiti, interrogant causas ob quas Societas subditum molestet, postquam Tribunal Inquisitionis eum satis pro qualitate criminis castigauit! Respondent Societatis superiores crimen sollicitantis purgatū esse, non tum illud, quod commiserat contra Regulam ipsum obligantē ad manifestandam propriam conscientiam.

In quo loco aduertendum est nullam regulā SOCIETATIS obligare, nec etiam sub veniali, nihilominus patres fingunt crimina,

vbi

vbi volunt, & bis, & ter iudicant id ipsum etiam si ab alio Tribubunali sit absolutum.

Ex iure etiam SOCIETAS cőstat, Superiores nő teneri subditos gubernare per apices iuris ex quo oritur alia causa mali tanti, dum sequitur superiores ad libitum disponere de subditis, quin aliquod ius obseruent, imo abijt in paræmiam (Societas non tenetur ad ius commune, quia ius habet particulare) vnde quando aliquis subditus instat pro obseruantia iuris, respondent Prælati, non tenamur illo vti ex quo sequitur Superiores malis, & iniustis distributionibus in tantam disperationem aducere subditos, vt agant de exitu à Religione, cum transitu ad aliam, vel remanendo inter seculares, si nő sunt professi solēnes.

Aliud priuilegiũ habet Societas prohibens appellationes etiã

ad

ad ſum. Pont. & Sedē Apoſtolicā, niſi de ſpeciali ſum. Pont. licentia. Quapropter; cum eum ſubtis clauſa ſit ianua appellandi ad Iudices Eccleſiæ ex quorū ſētētijs poſſēt cognoſcere Societatis iniuſtitias, poſtulāt dimitti ab eadem. Et ſi forte non obſtante priuilegio iſto, appellant, vel cum externo Iudice agunt, crimen leſæ Maieſtatis committunt; fictis criminibus præueniuntur à Superioribus coram Iudice, vt factum fuit non à multis annis cum pluribus, qui ad Vrbem acceſſerunt; vel ante recurſum ſubditos dimittunt, ne recurrant; vel carceris, & vinculis eos detinent exemplo res fiet illuſtrior.

Quidam ſtudens inter diſpurandum verbis illuſorijs aduerſarium appellauit filium Præſbiteri defertur crimen ad Rectorem non amicum, pænitentiam decernit rigu-
roſam.

rosam. Reus ad Prouincialem appellat, vt quotidie fit; appellationem contemnit Rector; vrget augendo pænitentiam; resistit subditus; appellationem interponit, etiã clamoribus publicis ad Collectorem Apostolicum. Deus bone blasphemauit, insurgit Superior manu armata; Coaudiutores in subditum manus violentas imponunt, eum pedibus calcant in tenebrosum carcerem cõijciũt, vbi pro cibo nigrum panem, pro lecto terram concedunt, tandem absq. alia culpa dimittunt.

Refero alium casum. Quidam Pater cum doceret Theologiam iniuste fuit depositus. Appellat ad Collectorem Apostolicũ. Cõtradicunt Superiores, egressum è domo prohibent. Imperat Collector, concedit Socium, & facultatem exeundi ad litem, & ad domum ipsius Collectoris. Ita fit, hoc

hoc tum modo. Superiores admonent ſocium, vt patrem relinquat cum Iudice, & ſolus reuertatur domum, cuius oſtium clauſum fuit dicto Patri; & hoc modo remanens in platea dimiſſus, eo quod, contra prædictum priuilegium recurreret ad Iudicem Apoſtolicum. Sint ne licitæ vtriuſq. expulſionis cauſæ, iudicent Eccleſiæ Cardinales.

Cap. VIII.

De alia notabili cauſa dimiſſionis.

EO quod Superiores teneantur ſtare iudicio Confeſſoris in cōceſſione facultatis ad abſoluendum à reſeruatis ijſdem; ne in ſolo foro externo, ſed etiam in interno videatur eorumdē abſoluta poteſtas, contrarium poſtularunt priuilegium, viuæ vocis ora-

oraculo concessum. Vnde, quã-
quam Confessarius aliter iudicet
tenaciter negant licentiam absol-
uendi subditos à reseruatis. Et
quia Vrban. VIII. omnia viuæ vo-
cis oracula reuocauit, Pater Ge-
neralis supplicauit pro persisten-
tia dicti priuilegij, & illi concessa
fuit, si verum est quod de hac re
subditis manifestari iussit. Ex hoc
priuilegio sequituri Superiores
tenaciter negare licentiã pro ab-
solutione reseruatorum, nisi sub-
ditus compareat, vel accipiat pæ-
nitentiam, ex qua superior possit
veuire in cognitionem personæ.
Probo ex casu, quem mihi retulit
idem pænitens, cui petenti abso-
lutionem per interpositum Con-
fessorem, superior idiuxit pro pæ-
nitentia, vt sedens in terra come-
derit tali die,

Tenencur Superiores ex iure
Pontificio deputare Confessores
ad

ad absolutionem reseruatorum, tamen SOCIETAS hoc non adimplet, & solum bis in anno per octo dies tantum duos nominat Confessores ad dictam absolutionem; sed postquam illos nominat, eosdem vovat superior, illisq. vel nullã concedit iurisdictionem absoluendi à reseruatis, sic enim fic in aliquibus Prouincijs, quamuis earum superiores falso oppositum contendant (vel illam limitant in hunc modum) reseruata cotra obedientiam V. R. absoluat absq. limitatione, quia in hoc voto nullum cummittitur reseruatũ, quod ignoret superior. Contra paupertatẽ absoluere poterit reseruata, cuius materia scutum moneta non excedat; contra castitatem vero si non habuerit complicem. Easdem limitationes tentarunt facere nõ pauci Superiores in Iubileis vniuersalibus nõ permittens etiã

liberi s

liberas confeſſiones, ſed cum Cõfeſſarijs à ſe nominatis.

Ex quibus ex eo etiam, quod vnuſquiſq. perpetuum firmumq. & vnicum habeat Confeſſorem, quin ab alio poſſit abſolui, ita Cõfeſſionis ſacramentum fit oneroſum, vt quamplurimi ſubditorum in diſperationem adducantur, & agunt de exitu à Religione; ſcimus enim nõ paucos eſſe ſubditos, qui per annos dimittunt Confeſſiones ac ſi non haberent copiam Confeſſoris. Vltimo datur vehemens ſuſpicio, quòd Superiores iſta notitia confeſsionis in gubernandis ſubditis vtantur, & quia de hac re non paucæ fuere quærimoniæ. Per Generalis Aquauiua hoc ſuo decreto efficaciter prohibuit. Nihilominus tum adhuc ſuperiores, vt eſt publica fama in aliquibus Prouintijs vtuntur hac notitia. Hic aduertendum eſt dictam ex-

positionem Confessariorum fieri illis diebus, quibus ex Regula tenentur subditi peccata expiare per generalem confessionem, & vt superiores sciãt, an omnes subditi Regulæ satisfecerint, transactis illis diebus quærunt ab vnoquoque Confessario, quorum subditorum audirent generales confessiones, quare ex nominibus ex mutatione fixi Confessoris, ex licentia petita, & ex alijs inditijs colligunt, talem, & tale subditum commisisse reseruatum.

In Regnis Hispaniæ, & Cisiliæ datur Bullæ, quæ vocatur Cruciatæ, quæ inter alia concedit facultatem absoluendi à reseruatis, volunt Doctores hoc priuilegio posse etiam vti Religiosos saltem ex eo quòd superiores nõ adimplent Breue Clement. VIII. datum 25. Nouenb. 1595. quatenus illis præcipit faciles, & benignas licentias ad

ad reſeruata, vnde, cum illud non adimpleant, datur locus opinionibus. Fortit r repugnant ſuperiores SOCIETATIS, non quòd nō velent eis vti, ſed vt ſubditorum conſcientias in ſua poteſtate contineant; & ideo ſupplicarunt pro priuilegio contrario, viuæ vocis oraculo conceſſo, vt eſt in Compendio priuilegiorum Societatis, verbo gratiarum vſus; ne poſſit ſubditi vti gratijs, & priuilegijs à ſum. Pont; conceſsis, niſi præcedente licentia ſuperioris Societatis, vnde quando aliquis ſubditus depræhenditur à ſuperiore, vel per denuntiationem, vel detegendo conſcientiam cōmiſsiſſe aliquod reſeruatum, primũ quod ſuperior interrogat eſt, an hoc peccatum manifeſtaret alicui Confeſſori, & quis ille ſit, & qua iuriſdictione abſolutionem obtinuerit, ſi dicat, vertute Bullæ, Deus bone! ò miſe-

ò miserum Confessarium, vocatur à superiore illi crimen obijcitur generalibus verbis, siue neget, siue affirmet in carcerem detruditur, pænis efficitur vsque ad dimissionem. Si aliquis roget cur eum ita vexent? Respondent Superiores, eo quòd vtatur iurisdictione Bullæ Cruciatæ contra priuilegium Societatis, licet hoc oraculum sit reuocatum. Sed quæro cur nequeat vti subditus facultatibus Iubilæi, nisi data à Superioribus licentiam? est ne Societas in dispensandis gratijs prudētior sum. Pont. absit, non ne hoc facit, vt superior sciat, quæ soli Deo nota esse debent? non ne vt inde qua sigillo, & secreto clauium, reposita, vel reponenda sunt vtãtur ad arbitrium? Bone Deus! vere Societatis superiores diuisum cum Deo habent imperiũ, & plenitudinem potestatis super sacra-

menta

menta Eccleſiæ. Cur non potius
vtuntur ſcientia media?

Alias cauſas expulſionis omit-
to, quarum vna eſt iniuſtitia ſu-
periorum erga ſubditos, vnde
abijt in Prouerbium ſuperiorum[4],
vt à quodam Rectore audiui (in
Societate nulſa datur obligatio
iuſtitiæ) abſona propoſitio; illi-
us fundamentum conſiſtit non
ſolum inquodam principio ſupe-
riorum ſcilicet, ſubditos renun-
tiaſſe omni iuri naturæ, & illi Euã-
gelico (*Corripe in ter te, & ipſum
ſolum*) quod an ſubſiſtat? iuridi-
cent Theologi, ſed etiam in qua-
dam Regula[5], quę iubet ſubditis,
vt relinquant ſuperioribus talem
eorundem diſpoſitionem; quæ de
cauſa exiſtimant Prælati, ſe non
teneri ad iuſtitiam. Qualis, &
quanta illa ſit[6] in Societate cõſtat
ex tractatu, Hiſpano ſermone
compoſito à quodam eiuſdem Re-

ligionis Authore prohibito sub hoc titulo (Amicus Plato, Amicus Socrates, sed magis amica Veritas) eum consulant Iudices.

Omitto etiam bella interna, inter subditos, odia, scilicet, accusationes, falsa testimonia, audaciam in loquendo, Punicam fidem, vrbanitatem fictam, & hipocrisim, &c. quæ omnia in opinione Superiorũ maxime augent Monarchiæ potestatem, sed cõtinuo prouocant subditos, vt ad seculum redeant. De hac re videri potest Lucius Cornelius in tractatu, de Bellis intestinis Solipsorum? si forte iam extat, prout promisit in eorumdem Monarchia.

Cap IX.

Cap. IX.

An eiecti ſint adeo mali, vt epiſtola aſſeeit? & an Societas ſit ſanctiſſimus cætus, vt eadem epiſtola affirmat.

CVM licitum ſit apud Theologos, quando aliquis iniuſte infamatur ſe defendente, & falſi accuſatoris, ſeu inimici deffectus patefacere, iure optimo dimiſsi affirmant, regulariter maiora eſſe crimina eorum ſuperiorū quia *Societate* deffecerunt, qua ſubditorum, quos ipſi exire coegerunt; quia nullus ſubditus eiectus fuit à Societate ob crimen, quod apud Iuriſtas cauſet aliquā infamiam, vel deffectus, quos illis Epiſtola imponit. Hoc bene confirmat Suar. dum aſſerit loco citato Societatem non dimittere

ſcholaſticos ob crimina, quæ in rigore Iuſtitiæ talia ſunt, & talem pænam exigant, ſed ob contractũ & aliquam conuenientiam Religionis, & ſubditi conſentientis, & ſi exigunt ob aliqua crimina, cur Societas eos dimittit præcedente iudiciali forma, quæ ex eodem Suar. requiritur, vt dimiſſio ſit valida ob crimina? cur etiam Religio omnes non vexat carcere, & alijs pænis, ſed aliquando eos dimittit, quin antecedat aliquis rumor, vel etiam culpæ venialis? ſi etiam ob crimina eijciuntur, cur Societas crimina non declarat in litteris patentibus dimiſſionis? ſolum enim aſſerit ſe ſubditos dimittere iuſtis de cauſis crimina tacens; non ob modeſtiam, vel ſcrupulum ſi quidem eſſerit in hac epiſtola, & incõuerſationibus pleno ore, eadem quin probent, detegit, & fingit propoſitionibus cõ-

trarijs,

trarijs, & vniuerſalibus, tanta animi libertate, ac ſi teſtimonia falſa, & iniuria hoc modo probatæ ad nullam obligarent reſtitutionem. Si ob crimina expellit Societas Pater Genaralis nō vult crimina declarare in ſcriptis, quã, do aliquis dimiſſus eadem ab illo petit? O miſteritm non vulgare, Monarchiæ Solipſorum? Cum maxima audacia operatur Societas, ſine iudiciali forma, ſine defenſione rei directe contra ius naturale, & commune, immo cõtra conſtitutiones Religionis: & poſtquã operatur vult, quod eius actiones ab omnibus approbentur vt miſteria fidei, ac ſi ſuperiores Societatis haberent authoritatẽ Papabilẽ; poſtea renuũt lucẽ fugiunt ſuperiorũ Tribunalia, dimiſſos curãt cõpeſcere, & miſeria cõtinere, & quo iure? hoc tantum auguror. Nihil violentũ perpetuũ,

Cælum Author atingit, dum vocat dimiſſos arida membra, terram fæcem, & ſum. Pont. arguit quod non ſolum, quam plurimos è Societate dimiſſos ad Beneficia, & togam Curialem, ſeu Prælaturas vocarunt, ſed etiam euexerunt, relicta prius Societate, Eminentiſſimum Cardinalem Arigonum Paſmanum. Arguit deinde Imperatorem, Reges, & Principes Chriſtianos, qui ſingulis diebus cum Societatis inuidia, dimiſſos ad honores, & dignitates, atq. Concilia, Magiſtratus aſſumunt. Non eſt ergo credendum, eoſdē. eſſe peſſimam turbam, imo oppoſitum aſſerendum.

Nec eſt alicuius momenti dicere, SOCIETATEM ſubditos non expellere poſt tantos annos, & expenſas, niſi ob grauiſſimas cauſas. Quia ad hanc rationem duplicetur reſponderi poteſt. Primò vel

vel non expellit ob crimina, vt ait Suar. vel si aliquæ sunt, expulsio est nulla non præcedente forma iudiciali, quæ, regulariter loquẽdo, non præcedit, & tenet idem Author loco cit. Secundo respondetur ad expensas non attendere superiores, quia non fuerunt factæ ex proprio patrimonio, sed ex cõmuni, quod non tam efficaciter mouet, nec tenere diligitur. Ex eadem causa non curant de annis Religionis, nec de damno eidem resultante; & etiã quia in eosdem non refunditur, sed solum per expulsionem intendunt vindictam, ostentationem potentiæ, quæ plus stimatur a superioribus, omni alio Religionis damno, aut commodo post posito: imo existimat hanc facilitatem dimittendi maximo cõducere ad Societatis authoritatem, cum aliter se res habeat: minime enim laudatur Chyrurgus,

qui dum meditur vulneribus, nullum aliud habet medendi modum nisi ab findendi membra; nec Respublica pherimi facit Ciuem, qui singulis diebus famulos suscipit, & domo expellit.

Maxime hic occurrunt laudandi Canonici S. Georgij in Alga, vel sancti Ioannis Euangelistæ, qui in aliquibus Regnis nulla vota Religionis emittunt. Similiter Regulares Cõgregationis S. Philipi Nerij ad libitum perseuerant, & tamen raro egrediuntur, nec dimittuntur, vtrumq. obseruãtia, & Religiosæ Disciplinæ exemplo. Quale sit dicant Galli, dicant Itali, dicant Lusitani. Societas inter meliores eligit subditos clausis occulis corporis, & rationis, adhuc pueri eandem ingrediuntur perseuerant dum cæci eam ignorant, postquam in matura ætate ipsius praxim vident, & cognoscunt, ipsam

ſam relinquunt, vel illa eos dimittit miſterium ?
Secundam tituli partem examinare durũ eſt. Sed liceat ad propriam defenſionem, & ad reprobandam aſſertionẽ Authoris Epiſtolæ. Oppoſita enim, vt docet Ariſtoteles, oppoſitis magis eluceſcunt ſanctiſſimã appellari SOCIETATEM non dubitamus ratione fundatoris, finis, inſtituti, & Pontificiæ probationis; ſic etiã, quod aliquos viros habeat ſanctimonia & alijs perfectionibus inſignes nulla enim datur cõmunitas, quæ bonos, & iuſtos homines non habeat tamen, quia Author epiſtolæ agens de expulſis omnes vocat tetram fæcem, arida membra, &c. cum tales dici non poſſint à Viro Chriſtiano, & agẽdo de Societate ſua, eam vocat pleno ore ſanctiſſimum cætum, inquirendum hac de cauſa, an eiecta dimiſſorum turba,

ba, reliqui ſint ſanctiſſimi? Illos in duas Claſes diuidimus, quarum vna continet ſuperiores, & profeſſos; altera ſubditos, quos vocant Sholaſticos, & alios, qui ad litterarum ſtudium non incunbunt. Quæro an omnes Superiores, & profeſſi ſint ſanctiſſimi affirmabit Author Author Epiſtolæ. Quæro an ſanctiſsimi dici poſſint Patres Chriſtoforus Ferreira, & Ioannes Baptiſta Porro, qui dum erant Prouinciales Iapponiæ fidẽ Catholicam relinquere, & Vxorus ducendo, & Concionatores Euangelici, Perſecutores Eccleſiæ facti ſunt?

Erat ne ſanctiſſimus ille Rector SOCIETATIS Ieſu Collegij Malachæ, qui depræhenſus fuit in adulterio, ob quod fæmina, instante marito, ſuſpenditur iuridice? Similiter Pater Emanuel de Morais qui in Braſilica regione, cum eſſet

Socie-

Societatis Sacerdos Professus, relicta fide ad Batauos se cõtulit, & apud eosdem moratus vitam degit, fæcunda prole? Pater Franciscus Cyprianus, qui postquam in Ciuitate Mochas propria, sed ficta miracula, & reuelationes prædicauit, Societate approbante, è vinculis inquisitionis euasit industria Patris Antonij Cardin. & ad mauros se transtulit?

Erat ne Professus ille Pater Salas, qui dum ageret de introducenda SOCIETATE in Ciuitate Ormus apud Indos, videntibus sole & vniuerso Populo, inuentus fuit, cum fæmina, & vt euaderet mortis periculum, fugit per Plateas Ciuitatis eo modo, quo erat nudus in lecto? Non loquor de illo Patre Mena Hispano, qui professos iuuenculam deceptam duxit vxorem, ad eamq. tanquam legitimã aliquot annis accessit, quanuis

uis postea depræhensus à S. Inquisitione punitus fuerit. Omitto alios professos, & etiam Superiores, de quibus constat non vulgaria crimina commisisse, Non loquor etiã de his, qui singulis diebus transeunt ad alias Religiones & Prouintias, Præbeat Author Epistolæ rationem. Hoc faciunt quia Societas est sanctissimus cætus? miror, quomodo ex turpibus menbris resultat pulchrũ corpus, & quare in Societate non verificetur illud Philosophorum axioma, denominatio à deteriori parte? Quæro deinde rationem cur Societas ex illis aridis membris, & tetra fæce expulsorum recipiat regulariter omnes, qui ad Religionem regredi volunt? cur etiam alios retinent postquam illos, & eorum crimina carcere, & pænis afficit, & non parem gaudet, quòd illi velint perseuerare? quis eos

ad

ad sanctitate restituit? forsitan expulsis, & sæculi nouus aer? vel dimissio eos iustificauit, vel quando secundo ingrediuntur Religionem, ad huc sunt arida membra, & tamen componunt sanctissimũ corpus, seu cætum? & si de hoc non est impossibile, idem dici potest de illis, qui prætendunt beneficia ad honores promouentur.

Nec obstat asserere pro aduersarijs huius capitis, & vniuersi tractatus probationes non esse deprõptas ex chronologia SOCIETATIS, quia hæc non aufert earum veritatem; si quidem (licet de illis ex obliuione, vel industria, vt probabilius est nullam faciant mensionem Authores Societatis) triuialia sunt, & publica: quemadmodum non potest dici, Societatem esse perfectiorem Christi Apostolatu, Ecclesiam, & alijs Religionibus, licet Euengelistæ, Historia

ſtoria Eccleſiam, & Religionum referat Apoſtolorum ſanctorum, & Religioſorum deffectus grauiſſimos, quos Societas ſilentio prætermittit, ſolum leuiſsimos publicando, vt ſic; fiat Cætus ſanctiſſimus.

Tandem, ò Adoleſcentes ingenui (vobiſcum enim totus nunc mihi ſermo eſt) Parentum dilitiæ, Seminariorum ornamenta, Academiæ, & Reipublicæ ſpes, quos primæuo adhuc in flore allicit ad Societatis regulam profitendam Religioſi Magiſtri Sophiſticus diſcurſus; quatenus in ipſa Societate oſtendit, ſi non ſuperbiam, ſaltem nimiã authoritatem apud Principes, vitæ in omnibus commoditatem, (ullas pænitentias, nec ieiunia ex regula, domorum, & diuitiarum abundantiam; aliaq. huiuſmodi puerorum oblectamẽta, quibus tegitur occultus hamus,

mus,& dolosa rete; pro fundo cō-
siderationis passu altum SOCIE-
TATIS inter ingredimini, vt labor
vester in quietem, & vestorum
spes vertatur in gaudium, vt ado-
lescentes laudemini, viri honore-
mini, sepulti viuatis, vt parenti-
bus gaudium, cognatis auxilium,
vobis famam, familiæ decus, &
Patriæ gloriam afferatis; vobis
consulire considerando in Socie-
tate perseuerantiam esse contin-
gentem, dimissionem probabilem,
& semper timendam, remedium
vitæ non facile præcipue tam po-
tentibus aduersarij per fas per ne
fas etiam contra statutū, contra-
dicentibus:; in Societate nullam
habetis vocem, vel suffragium
nec libertatis operationē, vt ani-
mal irrationale subditi eritis, pa-
rum dixi, vt cadauer, seu baculus
(ita iubet Regula) qui mouetur
ad libitum externi motoris etiam
impru-

imprudentis, si docti fueritis continuo oppugnabimini; si nobilitate prædicti detractores ibidem inuenientis perpetuos in fratribus nulla erit fides; in Superioribus nullus amor prout parentes sunt; nullus iudicialis ordo prout iudices. Tandem aduertito post multos annos, quando Societatẽ intolerabilẽ iudicaueritis, reuertendo ad sæculũm aliqui superiores, & subditi publicare facient, vos esse exclusos ex deffectibus grauissimis. Vltimo, vt vobis, cum parentum, propriæq. personæ honore, substantiam, & vitam auferant, odio non vulgari agent cum sum. Pont. de inhabilitate ad beneficia, mediante hac, vel alia simili epistola, eaq. propositionum falsitate, quam ostendimus.

Quare optimo iure sacra Congregatione silentiũ imposuit huic

infa-

infamatoriæ epiſtolæ, idem eidē ſum. Pont. humiliter ſupplicauit dimiſſorum turba, vt Sanctitas ſua pro bono communi SOCIETATIS Ieſu, & Reipublicæ Eccleſiæ ſerio cautum iubeat, auferri inutile priuilegium dimittendi ne Societas ſubditos expellat leui de cauſa diſpenſando in quatuor votis ſcilicet, tribus religionis, & vno perpetuæ perſeuerantiæ in eadem, abſq. iudiciali forma, & maturo conſilio. Præterea quod imperes vt Pater Generalis (in caſu, quod perſeueret dictum qriuilegium) nullum dimittat ſubditū quin prius reccurrat ad ſacr. Congregationem, prout recurri debet in re tanti momenti. Ne Religioſi Sacerdotes, qui ad titulum paupertatis ſacros ordines acceperunt remaneant in miſeria abſq. patrimonio, & ne infames homines, vt epiſtoia eos vocat de

nouo

nouo ingrediantur rempublicam Ecclesiasticam non regularem, quin Episcopis,& sum. Pont. constet, andigni sint, vt promoueantur ad beneficia, & quemamodũ Prouinciales Societatis neminem possunt dimittere, quin prius ad Generalem scribant crimina, & eorum probationes,quibus inspectis, solus ipse Generalis dimittit; ita Generalis nõ posit dimittere, præsertim Sacerdotes, & professos nisi obtenta à sum. Pont. cui subordinatur, cum causæ cognitione, facultate, vel sum. Pont. authoritate à sacra Congregatione Regularium: cuius etiam erit non attenta Patris Generalis, & Patruum Societatis, qui sæpe crimina licentias fingunt, dispositione, examinare, an dimissi capaces sint, vel minime, andigni, moribus, & vite ad obtinenda Beneficia, & honores? ad hoc autem

tem examinandum conducet mādari à ſum. Pont. vt non dimittātur prædicti, niſi expreſsis in litteris patentibus dimiſsionis cauſis ob quas dimittuntur, ſic enim euitabitur noua Patribus fingendorum crimina cauſe; & ſi crimina non ſufficiant ad dimiſsionem, æquum etiam eſt, vt ſac. Congreg. decernat alendos dimiſſos a Patribus Societatis Ieſu ne mendicare cogantur.

FINIS.




R. BIBLIOTECA
